

super bonis sic expositis ac distributis per quenpiam molestias inferri; necnon quod bona sic data et exposita ab eis ab aliquo repeti non possint nec debeant quoquo modo. Similiter eisdem executoribus plenam et liberam ^(a) concessit et dedit facultatem, potestatem atque licentiam. Et hec fuit sua ultima voluntas et suum ultimum testamentum, quodque ⁵ testamentum et quam ultimam voluntatem voluit et ordinavit quod iure testamenti valeant ^(b) et valere debeant ac perpetuo teneantur, et, si iure testamenti non valerent, saltem valeant iure codicilli seu codicillorum vel alterius cuiuscunque ultime voluntatis, ut melius poterunt et debent. Super quibus omnibus et singulis petiit idem testator rogando ¹⁰ ac requirendo per me notarium infrascriptum fieri ^(c) de hoc unum vel plura instrumenta, publicum seu publica, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Acta sunt ^(d) Bude, Vesprimensis diocesis, die, mense, indictione et ^(e) millesimo et pontificatu quibus supra, in stupha ^(f) domus habitationis dicti testatoris, presentibus ibidem Egregiis ¹⁵ et discretis viris, dominis Nicolao Tragurino ^(g) milite, Oberto Zaci ^(b) Florentino, Georgio filio dicti domini Nicolai Tragurini ⁽ⁱ⁾; Petro Hongaro de Buda sciente vulgare italico, Martino q. Ioannis clerico Bacsensis ^(k) diocesis, et Ioanne Andree canonico ecclesie Chasmensis Zagrabiensis ^(l) diocesis, familiaribus dicti domini ^(m) domini reverendissimi legati; Cristoforo de Palma, et Varsar Helie ⁽ⁿ⁾ etiam de Buda, sciente etiam italico, familiaribus dicti domini Nicolai Tragurini ^(o); multis habitantibus Bude, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis ⁽¹⁾.

(a) A liberam (b) A velleant (c) G Z notarium instrumentum fieri (d) G Z Acta enim sunt (e) G Z ac (f) Z mette in sua propria domo in luogo di stupha, dopo aver dubitato che quest'ultima parola non fosse forse una traduzione di Ofen (= Buda). (g) L'incertezza del copista di A intorno a questa parola, che ricorre tre volte nel documento con una grafia diversa, ci lascia sospesi, nè sapremmo dire se trattisi d'un cognome oppure d'una variante di Traguriensis (= da Traij) o fors'anche d'una storpiatura di Ragusinus (= da Ragusa). Qui A reca Tragurino, forma della parola sempre adottata da G Z. (h) Z Tati (sic) (i) A dà qui targorini (k) G, per errore di lettura, dà: de rico Baiocen., che Z legge de vico, aggiungendovi Balocensi diocesis [Strigoniensis?]. (l) G Chalmēn Zagiabēn Z mette Zagrabiensis (m) G Z dicti Rmi Dni Legati (n) G Baldasar holie Z Baldassar Helie (o) A Tragurini

(1) Dell'esistenza di questi testimoni non si rinviene altra memoria che non sia quella offerta dal presente documento, e perfino i loro nomi sono alquanto incerti. La parola «Baio-censis» dev'essere una storpiatura di

«Bacsensis», essendo Bács (ovvero Colocza) una diocesi d'Ungheria; l'«ecclesia Chasmensis», invece è il Capitolo di Chasma nel comitato di Kőrös in Slavonia, regione che a' di nostri forma parte della Jugoslavia.